

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Joannis Ulrici L.B. De Cramer, Cameræ Imperialis
Assessoris, Observationum Juris Universi Ex Praxi
Recentiori Supremorum Imperii Tribunalium Haustarum**

Adeoque Non Solum Iis, Qui In Eadem Consulendo, Advocando,
Procurando, Vel Judicando, Sed Et Aliis, Qui in Praxi Judiciorum Germaniæ
Inferiorum Versantur, Imo Et Doctoribus Ac Professoribus, Qui In
Academiis Jurisprudentiæ Universæ Pragmaticæ Excolendæ Et Tradendæ
Operam Navant, Perutilium

**Cramer, Johann Ulrich von
Darmstadii, MDCCCLXC**

Titelblatt

urn:nbn:de:gbv:45:1-11420

JOANNIS ULRICI L. B. DE CRAMER,
CAMERÆ IMPERIALIS ASSESSORIS,

OBSERVATIONUM JURIS UNIVERSI

EX

PRAXI RECENTIORI SUPREMORUM
IMPERII TRIBUNALIUM HAUSTARUM

ADEO QUE

NON SOLUM IIS, QUI IN EADEM CONSULENDO, ADVOCANDO,
PROCURANDO, VEL JUDICANDO, SED ET ALIIS, QUI IN PRAXI
JUDICIORUM GERMANIÆ INFERIORUM VERSANTUR,


IMO ET

DOCTORIBUS AC PROFESSORIBUS, QUI IN ACADEMIIS
JURISPRUDENTIÆ UNIVERSÆ PRAGMATICÆ EXCOLENDÆ
ET TRADENDÆ OPERAM NAVANT, PER UTILIUM.

TOMI II. PARS II.

DARMSTADTI,
MDCCXC.







O B S E R V A T I O D L X X I I I .

De Advocatia Majeſtatica.

§. I.

Notum est Advocatias varii esse generis ac originis, & Advocatorum vocabulum esse maxime πολυσημον.

In genere Advocatia vulgo describitur, quod sit Jus, clientes fiduciarios contra vim majorem & violentiam aliorum protegendi. Et Advocatus proprie est Defensor & Protector (a).

Variis autem cognominibus praediti erant ejusmodi Advocati. Sic notæ sunt denominations, Landvoigt, Burgvoigt, Stadtvoigt, Amtsvoigt, Castenvoigt, & id genus centum alia, quorum amplum Catalogum exhibet RECHENBERG (b).

Nos missis reliquis Advocatorum speciebus, saltem hic de Advocatis & Advocatiis Monasticis, qui vulgo Castenvoigte und Castenvoigthenen audiunt, solliciti erimus.

§. 2.

Singulare nomen horum Advocatorum occurrit in Diplomate quodam apud Wigul. HUNDIUM (c) : ubi Advocatus monasticus vocatur Advocatus Granarii.

Origines harum Advocatarum sene sunt antiquissimæ. Sic enim jam olim in Concilio Carthaginensi Canon. VI. cautum fuit : ut qui Deo serviunt, & annexi sunt Clero, ad Actus, seu administrationem vel procurationem domorum non accendant, juxta Statuta Apostolorum, quæ dicerent : Nemo militans Deo sese negotiis secularibus ingerit. Postmodum quoque in Synodo Milevitana præside D. Augustino, an. Christi 402. constitutum est Canone 16to, ut à glorioſissimis Impp. petatur, quo iubant, judices dare peritos sibi defensores Scholasticos, qui in actu fint, vel in officio defensionum causarum ecclesiasticarum &c. Similiter in Synodo Moguntina an. 1233. congre-

(a) *Vid. Paul Wehneri Observ. Pract. voc. Voigt. p. 484.*

(b) *In Dissert. de Advocatis & Advocatiis Germanicis Lips. 1725. habita.*

(c) *In Bayer. Stammbof. P. I. f. 110.*

